



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. De luxuriosa & inhonesta chorea.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

1.

**P**

Rimò notandum, quòd scriptura commemorat honestas saltationes siue choreas, ad laudandum Deum factas in gratiarum actionem, pro victoria illis à Deo concessa. Sic quandò fuerunt liberati ab Aegyptijs, & transierunt mare rubrum, MARIAM prophetissa cum cæteris mulieribus sumptis tympanis saltauerunt, dicentes: Cantemus Domino &c. Exod. 15. Sic post victoriam David & Saul cætarunt 1. Reg. 18. Saul percussit mille, & David decem millia. Sic David in reductione arcæ saltat, 2. Reg 6. Sic filia Iephthæ principis cum virginibus saltat ad victoriam Ammonitarum patris, Iudic. 11. & in reuersione filij prodigi ducitur chorea cum symphonia, Lucæ 15. &cæt. huiusmodi choreæ laudantur, quòd non ob luxuriam seu voluptatem, sed ad laudandum Deum fiebant, & ibi solum viri aut solæ mulieres ducebant choreas, non coniunctim saltabant. Choreas verò mundana habet hanc definitionem, quòd est circulus cuius centrum est diabolus, & cuius circumferentia angeli eius circunstantes: & ideò rarò aut nunquam sine peccato fit. Talem choream ordinauit Sathan post adorationem vituli, absente Moyse, cum filijs Israël in deserto, Exod. 32. vbi pro vero Deo vitulum aureum adorârunt. ita hodie in chorea omnes obliuiscuntur Dei, nec cogitant quòd illum offendant, sed currunt omnes post vitulum aureum, id est, complacentiam & voluptatem carnis, non recordantes se similem poenâ cum filijs ISRAEL posse incurrere.

2.

Secundò, in chorea omnia regnant peccata: primò superbia in ornatu vestimentorum, in pulchritudine corporis & tibiarum, contra quam superbiam scriptura dicit Psal. Non in tibijs viri beneplacitum erit ei, beneplacitum est Domino super timentes eum, &cæt. quando quisq; sibi videtur esse pulcherrimus, & maxi.

Psal. 146.